

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. 2. Sanctissima Virgo vult salutem fidelium servorum suorum, ipsámque
magno cum zelo procurat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

Sola oratio MARIA! tantummodo velis sa-
Sanctissimæ larem nostram, & salvi erimus.
Virginis O Mater admirabilis! Tu potes
prævalet omnia, quæ volueris; ah mea
cuætis ora- tionibus tantum velis salutem, & hujus ha-
empsium bebo certitudinem. Ita, dicebam
Sanctorum.

ipsi, fateor, ipsam solam id posse;
difficultas est nôsse, an id velit:
Oportet amovere hanc difficulta-
tem, reposuit mihi Viator, tibique
ostendere, illam vere id velle, id
que reipsa procurare.

S. II.

*Sanctissima Virgo vult salutem fidelium seruo-
rum suorum, ipsamque magno cum zelo procurat.*

THeologi docent, Omnipotentiæ Dei consistere in
divinâ ipsius voluntate, idemque ipsi esse, aliquid voluisse
illudque fecisse. *Omnia, quæcumque voluit fecit.* Prærogativa est
soli Omnipotentiæ Dei, consistere totam in voluntate ejus; po-
tentia nostra non consistit in volun-
tate nostrâ, sed ex adverso volun-
tas nostra consistit in nostrâ po-
tentia: dico potentiam nostram
non consistere in nostrâ voluntate,
siquidem non possumus omnia fa-
cere, quæ volumus; & verum est,
voluntatem nostram consistere in
potentia nostrâ, quia disponere
circa ipsam possumus, sicut vo-
lumus.

Nonnisi sola Sanctissima Virgo
hâc fruitur prærogativâ, ut imite-
tur in hoc Omnipotentiam Dei,
quod potentiam suam possideat in
voluntate suâ, ita ut dici de ipsâ
possit ratione quâdam, sicut de
Deo: *Omnia, quæcumque voluit,*
fecit. Non opus est ipsi, quæ
velle, & omnia facta sunt. Aspice

& admirare potentiam voluntatis
ipsius, quam totam & integrum
impedit in favorem salutis nostrarum.
In primis, quando habuimus Sal-
vatorem, nisi quando ipsa voluit?
Nonne verum est, quod Pater æ-
ternus exspectaverit consensum vo-
luntatis ipsius, ad operandum My-
sterium ineffabile Incarnationis in
purissimo ipsius utero? postquam
obtinuit Deum Hominem pro Fi-
lio suo Unigenito, quid facere vo-
luit cum illo? ad quid impedit
ipsa totam potentiam voluntatis
sue, nisi ad præparandum in ipso
victimam, quæ immolari debebat
pro salute omnium peccatorum?

ardentissimus charitatis ipsius erga Quanto
eos zelus eousque excrevit, ut post charitatis
quam produxerat hanc victimam ardore San-
ctissima ex parte sui ipsius, ipsam nutriterat Virgo reli-
laçte suo, educaverat solicitudine Galutem
suâ, & impinguaverat, si ita loqui vole-
licet, propriâ substantiâ suâ, &
denique deduxerat ipsam usque ad
Altare Crucis, in quo sacrificari de-
bebat; illa semetipsam obtulit cum
illo, sustinens in corde suo eosdem
dolos.

dolores, quos sustinuit ipse in suo Corpore, & mortiens interius, sicut ipse exteriorius moriebatur, ut offerret cum ipso idem sacrificium pro gloria Dei, & salute omnium peccatorum. Sic Arnoldus Carnensis celebris hic Bonæ Vallis Abbas eximiè hoc declaravit: *Omnino erat una Christi & MARIAE voluntas, unumque holocaustum ambo offerebant Deo, hoc in sanguine cordis, ille in sanguine Carnis.* Filius in Cruce, & Mater ad pedem Crucis, non habebat nisi unicam & eandem voluntatem; ambo offerebant Deo idem sacrificium pro salute mundi, ambo suum effundebant sanguinem; ille ex venis suis, & altera ex corde suo, eò quod ambo eodem extimularentur zelo ad moriendum pro salute omnium peccatorum. Interroga modò, an procurare ipsa velit salutem devotorum sibi clientum, cum tanta, imò omnia facit pro omnium peccatorum salute: Nonne hoc est seriō velle aliquid, quando dicitur, ego me totum impendam, propriam meam profundendo vitam?

O Deus! quis effari possit, quanto cum ardentissimæ charitatis suæ zelo, ipsa se impenderit ad procurandam salutem nostram? Si labores, qui assumentur ad procurandum salutem animatum, si opera, qua huic navatur, si zelus omnium Prophetarum, omnium Apostolorum, & omnium

B. P. Isaac Consultas, Tom. III.

Prædicorum, qui unquam fuerunt, & deinceps etunt in terra Ecclesiæ, essent ex una parte; adjunge his etiam zelum omnium Angelorum in celo, & dico exinde attulacere, quod hæc omnia non aequaliter zelum, qui flagrabat in Sanctissimæ Virginis corde, tum ad volendum, tum ad procurandum salutem animarum, eoque dicitur posse, quod Cor Matris emulatur, sitque quasi Echo cordis Unigeniti Filij sui. Si ipsa igitur impedit magnum hunc zelum ad procurandam salutem animæ aliquius particularis sibi devotæ; anima hæc an estimare le non possit fermentem tam certam de salute tuâ, ac si nomen suum inscriptum vidisset libro vitae? Nolim tamen firmam hanc fidem ac fiduciam ingerere nisi ijs, qui verè devoti sunt erga Sanctissimam Virginem; Et tu observaveris supra, quinam veri & falsi devotis sint erga ipsam.

Sanctus Hieronymus declarare volens magnum Sanctissimæ Virginis zelum pro gloriâ Dei & omnium peccatorum salute, utitur verbis tam pulchris, tam efficacibus, tamque claris, ut merentur incessanter enuntiati ex ore hominum omnium: *MARIAM totam incenderat divinus amor, ita ut in ea esset amor continuus, ebrietas perfusa amoris.* Afficmat, magnitudinem amoris ac integrum inflammasse Virginem, ita ut ipsa arderet continuo, & ex-

Declaratio
notabilis
s. Hierony-
mi circa
magistri
nem amoris
ss. Virgi-
nis,

X.X.X. cel.

cessum, quo abripiebatur, tenuisse ipsam nunquam non in quādam ebrietate, à quā nunquam recedebat. Quis modus loquendi secundissimi hujus Patis? Nōnne videunt nobis dicere velle, quod, sicut ijs qui ebrij, nunquam amplius reguntur ratione, nec aliquam servare possunt measuram in omnibus, quae agunt, sed potius abripi se finant à fortitudine vini sibi prædominantis; ita Sanctissima Virgo non servet nec regulam, nec mensuram, sed abripi se finat à fortitudine amoris & zeli, à quo impellitur ad procurandam salutem animatum, potissimum autem sibi devotorum.

Meliūs est
devotos
nos esse er-
ga solam
Sanctissimā jori polleat apud Deum auctorita-
Virginem, tc, edquod hoc ipsum sit magno
quā erga frui pro salute sua subsidio: majo:

Si magni æstimandum est, devo-
tione singulati, verā ac solidā pro-
sequi aliquem Sanctorum, qui ma-
ga solam
Sanctissimā jori polleat apud Deum auctorita-
Virginem, tc, edquod hoc ipsum sit magno
quā erga frui pro salute sua subsidio: majo:

ris igitur æstimandum est, devo- exten-
tum esse erga centum vel ducentos, omnes hu-
& majoris adhuc erga mille, vel bis etos in a-
millenos, & majoris adhuc erga tem-
lo & in
millionem, vel centum millions:
sed quando haberes omnes Sanctos
in cœlo tibi addicetos, ilque om-
nes singularissimi essent tui Protec-
tores, & quivis eorum tuam cu-
citet salutem, velut suam pro-
priam; hæc devotio, quæ videtur
tam efficax, tam ampla, tam
que certa, tanti haudquam
prodesset tibi, quanti sola & unica
erga Sanctissimam Virginem do-
votio, eòquod certum sit, ipsam
solam plus habere potentia, plus
que voluntatis faciendi nobis bene,
quā omnes simul habeant San-
cti. Denique enim verū est, il-
lam posse omnia, illamque velle
omnia in favorem fidelium ser-
rum suorum. Quid concluden-
dum igitur restat, nisi.

§. III.

*Quod Sanctissima Virgo faciat omnia in favo-
rem omnium sibi verè devotorum.*

BOnum est posse, melius est vel-
le, optimum est bene facere
ijs, qui amantur. Non satis tibi
sit, inquit Spiritus Sanctus in Scri-
pturā, diligere verbo aut lingua,
sed diligendum tibi est opere & ve-
ritate: Hoc ipsum est, quod ob-
stringere deberet omnes servitio
Sanctissimæ Virginis; hoc attrahe-

re ad ipsam deberet devotos tot-
zlosissimos, quot alit mundus
Christianos: ubique & incessanter
videre est eis & eis devotionis
erga ipsam in prodigijs, quæ pa-
rat in favorem eorum, qui ipsius
invocant subsidium; ita ut Sanctus
Augustinus, & post ipsum Sanctus
Bernardus provocent omnes ad ex-
hiben-

**2. Joan. 3.
v. 18.**